



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1849**

LX. Markgraf Ludwig verschreibt dem gestrengen G. Wolf den Genuß der Münzeinkünfte aus Brandenburg auf 12 Jahre, nach Verlauf der Jahre anzufangen, worauf die Münze schon verschreiben ist, am 13. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

**LX.** Markgraf Ludwig verschreibt dem gestrengen G. Wolf den Genuß der Münzeinkünfte aus Brandenburg auf 12 Jahre, nach Verlauf der Jahre anzufangen, worauf die Münze schon verschrieben ist, am 13. November 1343.

Nouerint etc. Quod nos etc. locauimus et presentibus locamus strenuo viro G. Wolf fideli nostro dilecto suisque veris et legitimis heredibus monetam ciuitatis nostre Brandenburg. XII. annis continuis postquam monetariorum nostrorum ibidem nunc existentium anni a nobis conuenti integraliter exspirauerint, sub eisdem modis conditionibus et pactis, quibus prenotati nostri monetarii quocunque nomine nominati tenerunt et possiderunt sine impedimento quolibet quiete et pacifice possidendam. Pro cuius collatione nobis predictus in XX marcis argenti plenarie satisfecit, adicientes, quod si predictus vel sui heredes prenotatam monetam per annorum predictorum continuationem alicui seu quibuscunque pro maiore pecunie quantitate locare seu exponere poterit vel poterint, ipsam pecunie quantitatem nostris debitis volumus defalcari. In cuius etc. Testes ut supra. Datum anno predicto feria V<sup>a</sup>. post Martini.

Nach einem Cop.-Buche des Geh. Kab.-Archives. — Gerden's Cod. II, 560. 561.

**LXI.** Markgraf Ludwig bietet die Uebernahme der Unterhaltung des Smerdammes aus, am 20. April 1345.

Nouerint quod nos etc. Commisimus et presentibus committimus discreto viro, cuiunque volenti acceptare, prouisionem aggeris in Brandenburg siti, dicti der Smer tam ante portam leninensem sic, quod ipse dictum aggerem debeat, quanto melius poterit, reformare. Vnde singulis et vniuersis inhabitatoribus iuuamen ad dictum aggerem ex debito soluentibus uillarum in terris hohenzuch et legenzuch precipimus et mandamus, quatenus annis singulis, debitis temporibus eidem vel qui pro tempore fuerit, iuuamen seu dacionem solitam et consuetam ab antiquo porrigant et ministrent. In cuius etc. Datum Spandow, anno XLV<sup>o</sup>. feria III<sup>a</sup>. post iubilate.

Nach einem Cop.-Buche des Geh. Kab.-Archives. — Gerden's Cod. II, 564. 565.

**LXII.** Markgraf Ludwig giebt dem Nicolai-Altare in der St. Katharinenkirche eine jährliche Rente aus dem Salzzolle, am 22. Nov. 1346.

Nouerint uniuersi tenorem presentium literarum inspecturi, quod nos Ludouicus etc. diuine renumerationis intuitu — appropriamus et appropriare decreuimus septem talenta cum XIV denariis Brand. cum tertio dimidio choro salis annuorum reddituum, sitorum in theolonia ciuitatis nostre nove Brandenburg ad altare sancti Nicolai, locatum, fundatum et dedicatum in ecclesia parochiali ciuitatis nostre predictae, perpetuo ibi quiete sine impedimento quolibet pertinendum, renunciantes renunciatione solemni omni iuri et actioni, quod vel que nobis, heredibus et successoribus nostris in premissis redditibus competunt sui competere poterunt aliquo modo in futurum, transferentes jus presentandi dicti altaris